



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando campos & agros intuemur. Exer. 51

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Petitio.

Rogabimus Deum, vt aqua gratiæ suæ nos abluat & refrigeret: vtque nobis largiatur aquam lachrymarum, qua sordes quibus peccata animas nostras sordidarunt, eluamus.

Oblatio.

Offeremus DEO aquam illam sanguine mixtam, quæ de latere Christi Redemptoris nostri, cum in cruce pro nobis mortuus, & lancea confossus fuisset, profluxit.

*Quando campos & agros
intuemur.*

Exercit. 51.

Psal. 103. Ascendant montes & descendunt campi in locum quem fundasti eis.

Psal. 64. Campi tui replebuntur vbertate.

Prouer.

*Prov. 24. Diligenter exerce agrum tuum.
Ibid. Per agrum hominis pigri transiui, &
per vineam viri stulti, & ecce totum re-
pleuerant vrtica, & operuerant superfi-
ciem eius spina, & maceria lapidum de-
structa erant.*

Consideratio.

Considerabimus Ecclesiam esse a-
grum Dei, in quo verbum suum
seminauit: quemque magna cum so-
licitudine ac diligentia, per mini-
stros suos, quos incessanter ad huius
agri culturam mittit, excolit: è quo
etiam vberrimos fructus in sinum
regni cœlestis colligit.

Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo, quod a-
gros nobis donauerit, è quibus
triticum cæteraque frumenti gene-
ra ad humanę vitæ sustentationem
necessaria, colligeremus: quodque
solicitissimus sit, in seminando, bo-
no san-

no sanctarum operationum, rectorumque desideriorum semine in animas nostras.

Confusio.

PVdore sustundemur : considerando quoties Dominicum semē in agro, animæ nostræ perierit, nec vllum fructum attulerit, vel quod Dæmonum tentationibus pateret: vel quod nimis lapidosus esset, propter duritiem suam : vel quod deuotionis humore careret: vel quod spinis, hoc est immodica rerum terrenarum sollicitudine atque affectione, plenus esset.

Petitio.

ROgabimus Deum, vt agrum hūc emundet, illumque custodia sua sepiat, lapidum duritiem indetollat: & quis deuotionis eum irriget, vt fructum non modò trigessimum, sed & sexagesimum & centesimum face-re possit.

Obla-

Oblatio.

Offeremus Deo labores quos
 CHRISTVS in excolendo
 hoc agro sustinuit, irrigans eum san-
 guine suo. Labores etiam quos Apo-
 stoli, Prædicatores Euangelij & San-
 cti Ecclesiæ Doctores atque concio-
 natores sustinuerunt, eumque ro-
 gabimus vt non permittat tantos la-
 bores nobis esse inutiles.

*Quando montes aspici-
mus.*

Exercitium §2.

*Psalm. 120. Leuavi oculos meos in montes
 vnde veniet auxilium mihi.*

*Psalm. 23. Quis ascendet in montem Domi-
 ni, aut quis stabit in loco sancto eius.*

*Psalm. 124. Qui confidunt in Domino sicut
 mons Sion, non commouebitur in eternū
 qui habitat in Ierusalem.*

*Psalm. 67. Mons Dei mons pinguis, mons
 coagulatus: Mons in quo beneplacitum est*

Deo